

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciaram actio c cum fonte primo

Omnia peccata sic
habenda sunt tanquam dimittantur a
quibus Deus custodit ne committantur.

sed cautius et uerius cogitabit
omnia peccata sic
habenda, tanquam dimittantur, a
quibus deus custodit ne committantur.

Augustinus Hipponensis, *De sancta uirginitate*, 41, 42 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.286, ll.4-5).

Noli modicum diligere quasi
a quo modicum dimissum est, sed
pocius multum dilige a quo tibi multum
tributum est. Si enim diligit cui donatum
est ne redderet, quanto magis debet
diligere cui donatum est ut haberet.
Nam et quisquis ab initio pudicus
permanet, ab illo regitur; et
quisquis ab inpudico
pudicus factus est, ab illo corrigitur; et
quisquis usque in finem inpudicus est, ab
illo deseritur. Hec autem ille occulto
iudicio facere potest, iniquo non potest;
et fortasse ideo latet ut plus timeatur et
minus superbiatur.

si ergo nihil habes, quod non accepisti,
noli altum sapere, sed time, et
noli modicum diligere, quasi
a quo tibi modicum dimissum est, sed
potius multum dilige, a quo tibi multum
tributum est. si enim diligit, cui donatum
est, ne redderet, quanto magis debet
diligere, cui donatum est, ut haberet!
nam et quisquis ab initio pudicus
permanet, ab illo regitur; et
quisquis ex inpudico
pudicus fit, ab illo corrigitur; et
quisquis usque in finem inpudicus est, ab
illo deseritur. hoc autem ille occulto
iudicio facere potest, iniquo non potest.
et fortasse ideo latet, ut plus timeatur et
minus superbiatur.

Augustinus de sancta uirginitate.

Augustinus Hipponensis, *De sancta uirginitate*, 42, 43 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.288, ll.4-14).